



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Luscinia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

A Cygni dorso sustinetur, Cygnus ipse collo suaviter reflexo, rostroque ad chordas verso, parem cum *Descriptio* lyra videtur harmoniam emodulari. Dextera, Dei dextra innititur genu, eaque plectrum continet: *Apollinis* adjacet ibidem humi pharetra, utpote signum, Deum ipsum non semper arcum tendere, sed aliquando tacentem Musam cithara suscitare. Et hæc quoque faciunt ad Musicæ significatum.

ORPHEUS. CAP. VIII.

Sane Plato Ægyptiacæ doctrinæ nunquam immemor, cum felicem illam civitatem conderet, illic fermè ait Orpheum Calliope filium, cum à mulieribus fœde discerptus excessisset è vita, homine, quod erat, derelicto, in Cygnum emigrasse mutata specie: ut, qui insignis Musicus fuerat, Musicam itidem perseverantius exercebat. Hinc locum mutuatus est Horatius noster, cum in Cygnum abire se scribit ad Meccenatem:

*Jamiam residunt curribus afferre
Pelles, & album mutor in alitem*

*Supernè, nascenturque leves
Per digitos humerosque plume,*

*Carm. 11. 2
Od. 29.*

B Et cum piscium silento vocalissimam opponeret harmoniam, ita de lyra canit:

O mutis quoque piscibus

Donatuna Cygni si libeat, sonum,

*Carm. 14.
Od. 3.*

Platoni ea super Orpheo scribenti adsentitur Aeneas Philosopher, qui quidem ubi ex Chaldaeorum, Ægyptiorum & Græcorum opinione defunctorum animas evocari posse docet, Orpheus Cygni species evocandum ait. Quod si quis Homerum evocare voluerit, oportere eum Luscinia formam indutum apparere: de qua paulo post.

NAVIGATIO SECUNDA. CAP. IX.

C Um vero Cygni & aquis & Favonio plurimum gaudent, in ὄχυρον solis nautis veluti Aquila tempore, Columba Regibus dedicantur. Hinc illud apud Virgilium:

Ni frumentum angarium vazi docuere parentes.

Ut reduces illi ludum stridentibus alia,

Aspice bissexos latentes agmine Cygnos,

Et cato cinxere polum, cantusq; dedere;

Ætere a quos lap/a plaga Jovis ales aperio

Haud aliter puppesq; tue, pubesq; tuorum,

Turbabat cœlo, nunc terras ordine longo

Aut portum tenet, aut pleno subit ostia vele.

Aut capere aut captas jam despectare videntur:

DE LUSCINIA. CAP. X.

V Eluti post Orpheus, ex antiquorum traditione, merito succedit Homerus, ita post Cygnum Luscinia locum tenet: quando, ut paulo ante dicebamus, Cygnus Orphei, Luscinia Homerii simulacrum est.

MUSICA. CAP. XI.

D Non immerito autem Musicam, atque omnibus eam numeris absolutam, per alitis hujus hieroglyphicum significari tradiderunt: sive multiplicem vocis varietatem, sive delectabilem suavitatem, sive pertinacem in ea continuationem admirerum, ut una deniq; perfecta Musica scientia sonum moduletur, quem nunc continuo spiritu in longum trahat, nunc inflexo variet, nunc conciso distinguit intorto copulet, promittat, revocet, & ex inopinato infuscat. Quod cum secum ipsa murmurat, quam plena, quam gravis, quam acuta, quam crebra, quam extenta modulatio? atq; ubi visum est, ut sonus ipse vibrans, ut summus, ut medius, ut imus exauditur: omniaq; tam parvulis in faucibus que tot exquisitis tibiarum tormentis ars hominum excogitavit, quibus Musica leporibus enarratis, cum Luscinia Plinius ipse contendere videtur. Ut jam Luscinias taceamus Græco & Latino sermone dociles, Druso & Britannico Claudi filii, tuisse. Huic autem avi tam genuina, tam voluntaria est modulatio, ut si Aristoteli credendum est, observatum sit eam pullos erudire: quod si procul à matribus alantur, non ita suaviter, neq; ita perite canant id quod tam non mercedis neq; gloriæ spe faciunt, quæ duo mortalibus ad augendam industriam calcaria potissimum adhibentur, sed unius dele-

*Cur Musica
hierogly-
picum lu-
sciniae*

*Plinius lib.
10. cap. 29.
hac omnia.*

Mm 2

ctatio-